Ephraem <Syrus>; Assemani, Giuseppe Simone [Hrsg.]: Sancti Patris Nostri Ephraem Syri Opera Omnia: quae exstant, graece, syriace, latine; in sex tomos distributa; ad MSS. Codices Vaticanos aliosque castigata, multis aucta, Nova interpretatione, Praefationibus, Notis, variantibus Lectionibus illustrata: Nunc primum sub Auspiciis Sanctissimi Patris ... Pontifecis Maximi e Bibliotheca Vaticana (Tomus Primus Graece, Et Latine)

1732 Seite 253



A θῶμεν, ἀδελφοὶ ἠγαπημένοι ὑπὸ Κυρίου, τῶν εὐεργεσιῶν Κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, τοῦ πλάσαντος ἡμᾶς καὶ αὐξήσαντος ἡμᾶς, τοῦ τρέφοντος ἡμᾶς καὶ σκέποντος κατὰ πάντα, τοῦ ἐξάγοντος ἀνέμους ἐκ θησαυρῶν αὐτοῦ πρὸς διακονίαν ἡμῶν, τοῦ ἀναγαγόντος νεφέλας ἐξ ἐσχάτου τῆς γῆς πρὸς ὑπηρεσίαν ἡμῶν, τοῦ πληθύναντος πτηνά, κτήνη καὶ ἔνυδρα πρὸς ὑπηρεσίαν τοῦ γένους ἡμῶν, τοῦ ποιήσαντος τὸν ἥλιον εἰς φῶς ἡμέρας καὶ τὴν σελήνην καὶ B τὰ ἄστρα εἰς φῶς τῆς νυκτὸς διὰ τοῦ γένους ἡμῶν, καὶ σώσαντος ἡμᾶς διὰ τοῦ μυστηρίου τοῦ τιμίου αὐτοῦ σταυροῦ. Δουλεύσωμεν αὐτῷ ἐν φόβῳ καὶ ἐν τρόμῳ πολλῷ καὶ ἐλπίδι ἀγαθῇ, ὅτι πάροικοι καὶ παρεπίδημοί ἐσμεν ἐν τῷ βίῳ τούτῳ, κατὰ τὸν λέγοντα. πάροικος καὶ παρεπίδημός εἰμι ἐν τῇ γῇ, καθὼς πάντες οἱ πατέρες μου. Παρακαλῶ ὑμᾶς ἐγὼ ὁ ἐλάχιστος, ὁ εὐτελής, ὁ τῶν C μυρίων ταλάντων ὀφειλέτης, ὁ παντὸς ἁμαρτωλοῦ ἁμαρτωλότερος, ἀνέξασθε ταύτης τῆς καλλίστης συμβουλίας. Τηρήσατε ἑαυτοὺς ἀκαταγνώστους ἐν παντὶ, ὅπως ἦτε ἀνεπαίσχυντοι. Εἰ δὲ καὶ κατέγνω τις ἑαυτοῦ ἔν τινι πράγματι, τοῦ λοιποῦ τηρείτω ἑαυτὸν ἀκατάγνωστον, ὅπως μὴ σχῇ ὁ ἐξεναντίας λέγειν τι περὶ ἡμῶν φαῦλον, ὁ μισάνθρωπος, ὁ φθορεὺς, ὁ ἀλλότριος, ὁ ἐχθρὸς D τῆς δικαιοσύνης, ὁ ἐπιχαίρων τοῖς κακοῖς ἡμῶν, ὁ ἀσθενὴς πρὸς τοὺς δουλεύοντας τῷ Κυρίῳ ἐν ἀληθείᾳ, ὁ ἐξουθενημένος ὑπὸ τῶν ἀγαπώντων τὸν Κύριον ἐν ἀληθείᾳ, ὁ καταπατούμενος ὑπὸ τῶν ποιούντων τὸ θέλημα τοῦ Κυρίου ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ. ὅτι τῷ Θεῷ ἡμῶν ἡ δόξα καὶ ἡ μεγαλωσύνη εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ. E

Ἔμμενε οὖν, ἀγαπητὲ, ἐν τῇ κλήσει ᾗ ἐκλήθης. Δὸς δόξαν τῷ Θεῷ, ὅτι κατηξίωσέ σε συγκαταριθμηθῆναι ἐν τοῖς προβάτοις τῆς ποίμνης αὐτοῦ, ἵνα διατραφῇς τῇ νομῇ τῶν προβάτων αὐτοῦ. Ὑπόμεινον οὖν ἄχρι τέλους, ὅπως σωθῇ σου ἡ ψυχή· Γέγραπται γάρ, Ἐν τῇ ὑπομονῇ ὑμῶν κτήσασθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν. F Ἴσθι παιδευόμενος ἐν πάσῃ ἀναστροφῇ σου. Ἄκουε τοῦ λέγοντος· τέκνον, ἐὰν σοφὸς ἔσῃ, εὐφρανεῖς καὶ τὴν ἐμὴν καρδίαν. μὴ γίνου τραχὺς ἐν γλώσσῃ σου. μηδὲ σκληρῶς ἀποκρίνου τῷ ἀδελφῷ σου, ἀλλὰ μετὰ πάσης ταπεινοφροσύνης καὶ φόβου Θεοῦ ἔστω σου ἡ φθογγή. Μὴ γὰρ ἀργυρίου ὠνούμεθα τὸν καλὸν λόγον; οὐδενὸς ἀγοράζομεν,

tres a Domino dilecti, beneficiorum Domini Dei nostri, qui nos creavit & crescere fecit, qui nutrit nos & protegit nos in omnibus: qui educit ventos de thesauris suis ad obsequium nostrum: qui elevat nebulas ab extremitatibus terræ in ministerium nostrum: qui multiplicat volatilia, pecora, & animalia aquatilia ad obsequium generis nostri: qui fecit solem in lumen diei, & lunam ac stellas in lumen noctis propter nostrum genus: qui salvavit nos per mysterium pretiosæ Crucis suæ. Serviamus ei in timore ac tremore multo, & spe bona: quia advenæ & peregrini sumus in hac vita, secundum eum, qui ait: *Advena & peregrinus sum in terra, sicut omnes patres mei*. Psal. 38. Obsecro vos ego minimus, ego vilis & abjectus, ego qui decem millium talentorum sum debitor, qui quemvis peccatorem peccatis excedo: sustinete optimum hoc consilium. Servate in omnibus vos ipsos irreprehensibiles, ut sitis absque confusione. Si quis autem seipsum in re aliqua condemnet, deinceps sese irreprehensibilem servet, nequid habeat adversarius, quod de nobis malum dicat, hominum, inquam, inimicus, corruptor, & alienus, hostis justitiæ, qui in malis nostris gaudet: qui debilis in eos est, qui Domino in veritate serviunt: qui spernitur ab iis, qui Dominum in veritate diligunt: qui conculcatur ab iis, qui faciunt voluntatem Domini puro corde. Quoniam Deo nostro gloria & magnificentia in omnia secula. Amen.

## CAPUT XII.

Persiste igitur, carissime, in vocatione, qua vocatus es. Da gloriam Deo, quod dignatus sit te in gregem ovium suarum referre, ut in pascuis ovium ejus enutriaris. Ergo ad finem usque tolera, ut salvetur anima tua. Nam scriptum est: *In patientia vestra possidebitis animas vestras*. Luc. 21. Esto instructus in omni conversatione tua. Dicentem ausculta: *Fili, si sapiens fueris, lætificabis & cor meum*. Proverb. 23. Noli esse asper in lingua tua, neque durius respondeas fratri tuo; sed cum omni humilitate ac timore Dei sit loquela tua. Numquid enim argento bonum sermonem comparamus? nullo sane eum pretio emi-



http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/ephraem1732-1/0501
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg